UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

Deum esse animaduersorem in delicta clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63414

Visual Library

IDEM IVST. IN CONST. CXV. apud Iulian. P.§.neq; Epiſcopus.

NEque Epiſcopus, neque presbyter, neque diaconus, neque ſubdiaconus, neque le-

Pœna profani clerici.

ctor, neque alius cuiuſcunq; religioſi conſi- tij, vel habitus conſtitutus, tablizare audeat vel ſocius ludentium fieri, vel ſpectator, vel in quocunq; ſpectaculo ſpectandi cauſa venire. Ac ſi quis contra hæc fecerit, per tres annos omni ſacro miniſterio prohibeatur, & in Monaſterium mittatur.

QVOD DEVS SIT ANIMADVERSOR IN ACTIONES MALAS CLERICORUM.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE ECCLEſ. rer. immobil. alien. &c. coll. 5.

Deum animaduertere in vitia clericorum.

SCiant clerici omnes, quia Deus reſpiciet quæ geruntur ab eis, & ſi quid egerint per dolum, aut lucrum, aut machinationem, hoc in ſuis recipient animabus viuentes ac morientes, &c.

De cœlibatu plura inferius in præfatiõe, De vita monaſtica.

DE VOTO ET COELIBATV, SEV CASTITATE à clericis obſeruanda.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. QVOM. oport. Epiſc. &c. §. Hæc autem.

Omnis põderatio non eſt digna conti-

NIHIL ſic in ſacris ordinationibus diligimus, quàm cum caſtitate viuentes, & ipſam

ſam caſtitatem eligentes, primum principium & fundamentum manifeſtum, ſecundum diuinas regulas, et reſiduæ virtutis conſtitutam.

nentes animæ Eccleſiaſt. 26.

IDEM IN L. SI QVA ILLVSTRISS. §. & hanc legem. C. ad ſenatuſc. Orfician.

PVdicitia ſemper colenda eſt.

Caſtitas eſt colenda.

IDEM IMP. IN AVTH. DE lenon. coll. 2.

CAſtitas ſola Deo cum fiducia potis eſt hominum animas præſentare.

Caſtitas animæ prodeſt.

IDEM IN AVTH. DE TRIENT. & ſemiſſ. §. conſideremus. circa fin.

NOn luxuriantibus, ſed caſtè viuẽtibus lex præbetur.

Caſtis ſolum lex ſubuenit. Idem in glo. proem. decre.

IDEM IVST. IN AVTH. QVOMOD. oport. Epiſc. &c. § Hæc autem.

PVdicè nobis per omnia pertinet viuere.

Sub. ver. pudicos. in prin. & glo. in cap. cũ cauſam. ſup. ver. priuileg. in prin. ex. deprobat.

IDEM IN AVTH. DE LENON.

SI furta pecuniarum & latrocinia emendantur, quomodo non multo magis caſtitatis furtum & latrocinium coherceri debet.

Caſtitatis furtũ magis quã alterius rei puniri.

IDEM IN D. AVTH. §. 1.

VIrginum vita eſt felicior quàm continentium.

Caſta vita feliciſsima.

IDEM IN D. AVTH. CIRCA FIN.

CRedimus in Domino Deo etiam ex hoc circa caſtitatem ſtudio, magnum fieri noſtræ reipublicæ incrementum: Deo nobis omnia proſpera per talia opera conferente. Quatenus ergò vos caſta hac noſtra fruamini diſpoſitione, propterea hac ſacratiſsima prædicatione vtimur, vt ſciatis noſtrum circa vos ſtudium,

Caſtimoniã vitę etiã reip. prodeſſe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtudium, circa caſtitatem atq; pietatem labo-res noſtros, per quos in omnibus bonis cuſto-diri noſtram rempublicam ſperamus.

IDEM IN L. CVM NON SOLVM §. ipſum autem. in fin. C. de bon. quæ liber. acquir. &c.

Libidinē iuuenilem ſequi triſtem exitū.

MElius eſt coartare iuueniles calores, nec cu-pidini dediti triſtem exitum ſentiant.

QVO MODO EPISCOPI COELIBES VIVERE DEBEANT.

IVSTIN. IN AVTH. EPISCOPO C. de Epiſc. & cleric. &c.

Epiſcopus ſit cœlebs.

EPiſcopo nullam mulierem ſecum habere permittitur: ſed ſi habere probetur, ab Epi-ſcopatu deiiciatur, quo ſe fecit indignum.

IDEM IMP. IN L. XLI. (ALIAS IN lib. prætermiſſ. Cod. claſſe. 1.) C. de Epiſc. & cleric. &c. §. conuenit.

Simile eſt illud Pauli. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quę Domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui autē cū vxore eſt, ſolicitus eſt q̄ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Ad Ro. ca. 7.

COnuenit huiuſmodi eligi & ordinari ſa-cerdotes, quibus nec liberi ſint, nec nepo-tes: etenim fieri vix poteſt, vt vacās huius quo-tidianæ vitæ curis, quas liberi creant parenti-bus maximas, omne ſtudium, omnemq; cogi-tationem circa diuinam liturgiam, & res Ec-cleſiaſticas conſumat. Nam cum quidā ſum-ma in Deum ſpe & vt animæ eorum ſaluentur, ant, ad ſanctiſsimas accurrant Eccleſias, & ei omnes ſuas facultates afferant, & derelinquant, vt in pauperes, & egentes, & alios pios vſus conſu-